

Subur

Verfeum

peroros  
pharus  
liosAfanam  
phthut

2910

men æstus maris i undat. Extat in ea & ara Herculis: nec præter oleastros aliud ex narrato illo aurifero nemore. Minus profecto mirentur portetosa græciæ mendata de iis de anne lixo prodita: qui cogitēt nostros nuper paulominus monstrifica quædam deiisdem tradidisse. præualidam hanc urbem maioremq; carthagine magna. præterea ex aduerso eius sitam & prope immenso tractu. Abtingit quoq; aliam Cornelius. Nepos audacissime credit ab lixo. xl. mil. passuum. in mediterraneo altera augusti colonia est babbaiulia campestris appellata. Et tertia panasa. lxxv. mil. ualentia cognominata ab ea. xxxv. mil. passuum uolubile oppidum tantundē a mari utroq; distans: & in ora a lixo. l. mil. amnis sububus præter banasam coloniam defluens: & magnificus & nauigabilis. Ab ea totidem milibus passuum oppidum sala eiusdem nominis fluuiio impositum: iam solitudinibus uicinum: elephantorumq; gregibus infestum. Multo tamen magnis autololum gentem per quam inter est ad mōtem africæ uel fabulosissimum atlantem. E mediis huc harenis in cælum attolli p̄diderunt: asperum: squalentem qua uergat ad littora oceani: cui cognomen imposuit. Eundem opacum nemorosumq; & scatebris fontium rignū qua spectat africā fructibus omnium generū sp̄te ita subnascentibus ut nunq; satietas uoluptatibus desit. Incolarum neminem interdū cerui: silere omnia haud alio q̄ solitudinum horrore: subire tacitam religionem animos p̄pius accedētium: præterq; horrorem elati super nubilia atq; inuicinia lunaris circuli. Eundemq; noctibus micare crebris ignibus ægypanum satyrorūq; lasciuia. impleri tibi arum ac fistulæ cantu tympanorumq; ac cymbalorum sonitu strepere. Hæc celebrati auctores p̄diderunt præter Herculi & perseo laborata ibi: spatium ad eum immensum incertumq;. Fuere & Hannonis carthaginensium ducis commentarii punicis rebus florentissimis explorare ambitum africæ iussi: quæ secuti pleriq; e græcis nostrisq;. Et alia quædam fabulosa: & urbes multas ab eo cōditas ibi prodidere: quas nec memoria ulla nec uestigium extat. Scipione Aemylianos in africa gerente. polybius annalium conditor ab eo accepta classe scrutandi illius orbis gratia circumuectus prodidit a monte eo ad occasum uersus saltus plenos feris: quas generat africa: ad flumen anatin. cccclxxxv. mil. pass. Ab eo lixū. ccv. m. pass. agrippa lixiū a gaditano freto. cxii. mil. pass. abesse. Inde sinū q̄ uocetur saguti. oppidū i promōtorio mulelacha. Flumina subur & salā. Portū rabis a lixo. cccxiii. mil. pass. Inde promōtorium solis: portū risardit. Getulos: autoteles: flumē cosenū: gentē selatios & masatos: flumē masatat flumē darat i quo crocodilos gigni. Deinde sinū. d. cxli. m. p. Includi mōtes barce p̄mōtorio excurere in occasū quod appellat sarrētium. Postea flumen palsum. ultra quod æthiopas peroros: quorum a tergo portusios. iis iungi mediterraneos getulos daras: autem in ora æthiopas daratitas: Flumen bambotum crocodilis & hippopotamis refertum. Ab eo montes perpetuos usq; ad eum quem theon ochema dicemus. inde ad promōtorium hesperum nauigatione dierum ac noctium. x. in. medio eo spatio: atlantē locauit: a cæteris omnibus in extremis naturitaniæ p̄ditum. Romana arma primū Claudio principe in mauritania bellauere ptolæmum rege a C. Cæfare interemptum ulciscente liberto Aedone: refugientibusq; barbaris uentum constat ad montem atlantem. Nec solum consulatu perfundis atque e senatu ducibus qui tum res gessere: sed equitibus quoq; romanis qui ex eo præsuere ibi atlantem penetrasse gloria fuit. Quinq; sunt ut diximus romanæ colonie in ea prouicia: peruiūq; famæ uideri potest. Sed id plerūq; fallacissimo experimento deprehenditur: quia dignitate indagare uera pigeat: ignoratiæ pudore mentiri non piget. Haud alio fidei proniore lapsu: q̄ ubi falsæ rei grauis auctor existit. Et equidem minus miror incoperta quædam esse equestris ordinis uiris. iam uero & e senatu non aliunde intrantibus q̄ causa luxuriæ: cuius efficacissima uis sentitur atq; maxima cum ebori citrosinæ egranomnes scopuli getuli muricibus ac purpuris. indigenæ tamen tradunt in ora ab sala. cl. mil. pass. flumen afanam marino haustu: sed portu spectabile. mox amnem quem uocant suut. Ab eo ad dyrin hoc enī atlanti nomē esse eorum lingua conuenit. cc. milia. passuum interueniente flumine cui nome est uior. ibi fama existere: circa uestigia habitati quondā soli uinearum palmentorūq; reliquias. Suetonius paulinus quē cōsulē uidimus primus romanorum ducū trāsgressis quoq; atlantem aliquot milium spatio p̄didit de excelitate quidē eius quæ cæteri. imas radices densis altisq; repletas siluis incognito genere arborū: proceritate spectabile enodi nitore: frondes cupressis similes præter. grauitatem odoris tenui eas obducī lanugine: quibus addita arte posse quales bombice uestes confici. Verticem altis etiam æstate operiri niuibus. Decumis se eo peruenisse castris: & ultro ad fluuium qui niger uocatur per solitudines nigri pulueris eminentibus interdum uelut exustis: cautibus loca inhabitabilia feruorū quamq; hyberno tempore expertus. Qui proximos inhabitent ei saltus refertos elephantorum ferarumq; & serpentum omni genere canarios appellari. Quippe uictum eius animalis promiscuum iis esse: & diuidua ferarum uiscera. iunctam æthiopum gentem quos porros uocant satis constat. iuba ptolæmei pater qui primus utriq; mauritaniæ imperauit studiorum claritate memorabilior etiā q̄ regno similia prodidit de atlante: præterq; gigni ibi hærbam euphorbiam nomine ab inuentore medico suo appellatam. Cuius lacteum succum mitis laudibus celebrat inclaritate uisus: contra serpentes & uenena omnia priuatim dictato uolumine. Et satis superq; de atlante. Tingitania prouincia. Capi. ii.